

Flores Meditationvm

Bebius, Philippus Coloniae Agripp., 1623

Medit. 22. De sanata socru Simonis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-59636

eui Dominus benignè respondens, & maiora promittens, magno suit solatio. Vnde discimus sicut officium peccatoris est, exemplo Petri & filij prodigi se humiliare, aecusando peccata sua, & se indignum diuina gratia reputădoita Prælatorum & Patrum spiritualium officium esse, peccatores, dum se in eum modum humiliant, non asperis, sed mollibus potius verbis excipere, eosque animare & consolari.

patres veteres quos Deus elegit in capita & gubernatores populi sui, vt erant Patriarchæ, & post illos Moyses & Dauid, suerunt pastores ouium. In noua verò lege Petrus, eiusé; socij, quos Christus postea elegit in gubernatores suæ Eeclessæ, suerunt piscatores piscium. Quæ duo genera hominum laboriosam in hoc mundo vitam agunt: nam diu nostudire laborant, & multum patiuntur, vt instelligant Prælati & Principes Christiani se non esse vocatos ad quietem, sed ad labores & afflictiones, non ad quærendum se & sua commoda, sed ad lucrifaciendos alios, eorug; salutem & incolumitatem omni studio procurandam.

MEDITATIO XXII. DE SANATA SOCRV

SIMONIS.

PUNCTA MEDITATIONIS.

I. Egredientes de synagoga 4. Apostoli, Matt. 8. inuenerunt socrum S. Petri laboran-Luc. 4. tem febri; & rogarunt pro ea.

II. IESVS

one

im

tua

in

ris

am

um

idi,

em

s &

ans

xa-

om-

va-

be-

um,

115,

eri-

rum

lius

cens

rum

lud,

nin

t, &

ixit.

men

effe

CUI

II. Iesus illam manu apprehendens imperauit sebri; qua subito discedente, ministrabat eis.

3. Congregata autem ingenti multitudine sanabat omnes agros, atque eijciebat damonia, non sinens ea loqui, & ipsum laudare.

PROPHETIÆ.

Psa. 106. 2. Misit verbum suum; & sanauiteos, & eripuiteos de interitionibus eorum.

DOCVMENTA.

Petri infirmam, sed charitate permoti etiā intercesserunt pro ea apud Christum. Vade discimus exercenda opera misericordix erga infirmos, visendo illos, & in necessitatibus eis subueniendo, si non opibus, & præsentia propria, saltem orationibus orando Deum pro eorum valetudine, Quod eo maiori affectu saciendum est, quanto id magis in nostram vilitatem & prosectum spiritualem redundat, vii exhortatur sapiens. Ne te pigeat visitare infirmum, ex his enim in dilectione sirmaberis.

2. Ex hac Apostolorum intercessione discimus, non solum esse solliciti in nostris necessitatibus & infirmitatibus spiritualibus, vt de-

prece-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN Sandian huc ban cier cum quà

pre

con fem les; mo

bus rior

&c p

tate: lis.h bis c facia quer huit Chr

ni in per i te, i relal

mor

Ato

MEDITATIONVM.

precemur Deum pro nobis, vt nos sanare velit, verum etiam in alienis, vt imploremus etiam auxilium pro alijs, & sigillatim vt inuocemus Sanctos, vt ipsi pro nobis l'atrem misericordiarum interpellent. Si enim dum essent de salue in vita mortali, tam solliciti erant de salue aliorum corporali, & à Domino obtinebant quicquid petebant: quanto magis facient nunc, cum securi de pramio gaudent cum Christo in ecelo, & charitatem habeant, quam in terra habuerint multo excellentior & persectiorem.

3. Febris simplici mandato Christi cessit & agram liberam reliquit ad nostram magnam consuscemen; qui voci & mandato Christi semper prabemus nos immorig ros & rebelles; quod manifestum signum est, cum summorationis & iudicij benesicio à DEO nobis concesso tam social abutamur, nos rebus inanimis & sensus expertibus esse dete-

riores.

m-

nte,

tu-

e e-

qui,

t, con

5, 600

crum

moti

Chri-

mile-

nne-

us,&

ando

o ma-

gis in

ialem

tept-

adile-

disci-

necel-

vt de-

prece-

4. Socrus Petristatim post recupératam sanitatem, coepit servire Christo eiusque disciputis. Non vult Deus dona & gratias suas in nobis esse otiosas, sed vt is fructum aliquem faciamus, vtamurque ad eum sinem, propter quem est eas elargitus. Et ideireo exemplo huius insirma nos informat; vt vbi per Christum suerimus sanati, à spiritualibus morbis id est, peccatis, non demus nos otio, & torpori, sed conorum operum exercitationi in cultu divino, & proximorum auxilio, ne per ingratitudinem nostram, Deo permittente, in priora & sorte etiam graviera peccata relabamur, vacare.

5. Studium huius mulieris in seruitio Christo post valetudinem restitutam prastando,

2 com-

commonefacit nos, vt dum animaduertimus nos aliquanti temporis iacturam fecisse, & cultum diuinum neglexisse, siue incuria nostra, siue alia de causa id contigerit, debeamus nos maiori sollicitudine in posterum tempus diuino seruitio dedere, operam dando, vt diligentia iacturam præteritam resarciamus, exemplo viatoris, qui dum aduertit se à via aberrasse, hoc iter suum accelerat magis,

quo maiorem temporis iacturam aberrando. fecit.

6. Post solis occasum Christus curauit multos infirmos. Quamdiu splendet sol prosperitatis, homines ordinarie sunt infirmi spiritu, varijs sebribus vitiorum & desideriorum inordinatorum afflicti. Sed sole occidente, & appropinquante aduersitatum nocte, multi re-

cuperant sanitatem. Tribulatio enim facit, vt. homo redeat ad se, & se ad Deum conuertat, sicut dixit sapiens. Vexatio dat intellectum, & congruit cum illo, quod scriptum est.

Imple facies eorum ignominia, & quarent nomen tuum Domine.

7. Exibant dæmonia multa confitentia Christum esse filium Dei, sed non permittebat ea loqui, vt doceret nos, dæmonem semper habendum pro hoste infesto, nec in malis vel bonis ei communicandum. Nam etsi aliquando videatur aliquid boni vel veri dicere, tamen illud omne refert in malum sinem ad nos defraudandos. Præterea docemur quod tunc fortius debeamus reluctare dæmonis tentationibus, quando videtur nostris commodis amplius fauere; nam eius fauores fraudibus pleni sunt.

MEDI-

I.

II.

III

per

aute

adiu